Philosophia

Philosophia 1958.

Beroaldi Philippi: Opusculum eruditum quo continentur Declamatio Philosophi, Medici, Oratoris de excellentia disceptantium.

Philippi Beroaldi

opusculū eruditū Quo cōtinēt
Declamatio Phi. Medi
ci. Oratoris. De ex
cellētia discep=
tanti=
ū.

Ad clarissimū Paulum

Sidlouitiū scholasticum Polonū Philip
pi Beroaldi Bononiensis Epistola.

Portium Catonē Tusculanū illum qui optimus Ora-
tor: optimus Senator: optimus Impator est habitus di-
cere solitum ferūt: Mensam esse amicitiaꝝ parētem: &
quandā quasi cōciliatriculā. At quanto illi honestius
verius/speciosius/qui scholā amicoꝝ seminarium: qui
lrās beniuolentię glutinū dixere. Nimirū ille sunt verę:
Schola fōs amicorum. diuturnęꝗ amicitię: q̄ parāt in Gymnasijs litteratorijs:
quę ex studioꝝ similitudine ꝓueniūt. Ex hoc fonte ami
ci mihi sexcenti fluxerūt. Ex hoc amicorū columen &
Minus Roscius. gemma Minus Roscius deriuatus: quo nil elegātius ꝗ
cum seria & ioca vt dicitur: qui eruditoꝝ nobilissimus
nobiliū eruditissimus. Qui omniū horaꝝ instar Pollio
nis Asinij dici meritissimo potest. Cuius amicitia iucū
dissima vt peculiariter glorior: ita maxime delector: quā
spero sicut nunc omnibus notissima est: ita cognitam
quoꝗ posteritati fore. Hic idem studioꝝ nexus: quo ni
hil tenacius te mihi: Paule vir clarissime: copulationibꝰ
necessitudinis arctioribus deuinxit: ꝗ iam sesqannum
degis Bononiæ inter scholasticos transmōtanos: vt no
bilissimus sic amabilissimus: ꝗ non magis tui ordinis
homibus es gratus ob comitatē: q̄ nostratibus ob moꝝ
Claritas Sidlouitiorum. honestamēta. In te omnia sunt affatim cōgruētia claritu
dini familiæ: quæ apud polemonios/ vel vt a recētiori-
bus corrigūtur apud polonos nō minus honorata quā
clara iādiu floruit: floretꝗ. Et ne ꝓauos attauosꝗ in prę
sentia ꝓcenseam pater tuus: cui Stanislao nomē in ma
xima fuit: sicut par erat: apud Regē Polonoꝝ existima-
tione: amplissimis honoribus gestis: fidei synceritate
ꝓbatus: vitæ peritia moratus: ꝑconio bonitatis ornatꝰ.
Et cum cōsiliatores ꝑcipū ꝑudētia cumprimis prędi

tos esse oporteat: fuit pater tuus dũ viueret apud Cardinalẽ Polonũ primi nominis cõsiliarius: ostendẽs nihil prius in omni vita esse cõsilio: plusq̧ sine doctrina prudentiã quã sine prudẽtia facere doctrinã. Quid dicã de numerosa fratrũ tuoꝝ cohorte? q̄ omnes Aulici sunt. Et quin summus honor sit principi vel vni placuisse: Hi apud Pricipes in gratia sunt & ęstimatiõe. Ex q̄bus Iacobus sacratissimo Regi Alberto est perquã iucũdus: Cui ob fidẽ thesaurorũ regioꝝ mandata custodia: quæ nisi integerrimo ꝓbatissimoq̧ haud temere cõmitti solet. Petrus vero mẽsę regię structor est & scindendoꝝ obsonioꝝ scius artifex. Quod quidẽ ministeriũ in Aula principali honorificũ haud dubie est: idq̧ soli ingenuo & plane nobili iũgitur. Idem rebus bellicis p̄pollẽs nec in toga spernẽdus: ꝓpter quod apud Regẽ intim⁹ est: Et Aulicis purpuratisq̧ fere omnibus venerabilis amabilisq̧. Secundũ hos Nicolai quoq̧ sunt venti valde secundi: Necnõ & huic adolescẽtulo aura pricipalis aspirat. Ceterũ vt hi apud regẽ fauorabiles: sic apud illustrissimũ Regis fratrem Sigismundũ Christophorus tecũ in sinu est vterq̧ fouetur: vterq̧ diligitur. Nam Christophori prudẽtia singularis ac ingeniũ p̄sens effecerũt: vt dignitate Distophori Cracouiẽsis insigniretur: q̄ apud vos est oppido q̄ honorata prouintia. Tu vero mi Paule ob dexteritatẽ/ob eruditiõem/ob bonitatẽ meruisti vt eidem principi esses a secretis: Tu achigrãmateus: Tu auricularius Illustrissimi pricipis nũtuparis. Cancellariũ vulgo nominitãt. His de rebus fit vt familia Sidlouitia tantæ sit autoritatis existimatiõisq̧ apud Polonos: vt q̄ emergere illic atq̧ enitescere cõcupiscũt: hi ad Sidlouitios fratres cõfugiãt. vobisq̧ dep̄catoribus potissimũ vtãtur. Venisti tu haud ita pridẽ in Gymnasiũ nostꝝ: vt latinos nos latialiter ꝑsonãtes audires: vt dolatorio latinitatis: si vlla esset linguę asperitas leuigaretur. Quod adeo te delectat detinet pascit vt nõ solum publicas scholas

Patris laus.

Frẽs Aulici

Distophor⁹

Laus Pauli.

frequētes. Sed priuatī quoq aliqd scitu dignū me docēte cōtinēter inaudias. Iāq dom⁹ tua facta est officina & cōciliabulū politioris lrāturę. Ex hoc q̄ttidiano docēdi discēdiq cōmertio beniuolētia inter nos vberior adoleuit: hac autē villicāte cōmonit⁹ libellū hūc tibi: Paule vir clarissime: nōīnatim dedicaui: vt monumētū sit mei erga te amoris sempiternū: vt absens ī pria hęc intuisens Philippū tuū subinde recorderis. Materia est: vt opinor: nō indigna cognitu: nec triuialiter ꝑtrita: Cui⁹ varietas multiiuga lectorē oblectare / nec min⁹ instituere possit. Et te p̄sertim: cui oīa q̄liacunq mea ꝓbanē: Sed iā plege q̄so cōtrouersiā triū frm̄ neq illepidā, neq ineruditam. Mox de optimo statu libellū plecturus. Vale decus scholasticorum & dilige doctorem.

Philippi Beroaldi declamatio: an Orator sit Phō & Medico āꝑponēd⁹

Magna ac venerabilis res est eloquētia: viri ornatissimi: Cuius bono nihil p̄stabili⁹ Cuius bn̄fitio fit: vt tanto homibus ipis p̄stent eloquētes: q̄to homies ceteris animātibus antecellūt: hoc cūctis satis liquet: hoc p̄conio omniū atq cōsensu celebratissimū: hoc nrā quoq oratiōe iāpridē edita testatū est. Attamē hodierno die Philippicas M. Tullij. siue Antonianas auspicatur⁹ existimaui me facturū opep̄cium: si ritu scholastico paulum rhetoricarer: Et declamatoria dictiōe p̄luderem. Quod vt comodi⁹ fiat vnā de schola priscorū Declamatoꝝ cōtrouersiā ꝑtractabo: daboq opam: ut cōditurę nostrę: cōcinnataq ædulia faciāt ad stomachū: ut q̄ a me dicentur ea & animos foueāt: & aures ꝑmulceāt. Sed vt lōgas pręfatiōes recidamus rem ipsam ingrediemur. Quod dum fit: vos quęso diligēter ac libēter attendite.

Argumentum.

Pater qui tres liberos habebat: Philosophũ: Medicum: Oratorẽ: Moriẽs testamẽto eum hęredem fecit: qui esset vtilissimus ciuitati: post mortem patris contendũt tres fratres: cui hęreditas paterna cędere debeat. Primus philosophus corã iudicibus agit causam: a quo cum alia tum hęc dicuntur.

Declamatio.

Demiror iudices cuipiã mortaliũ dubiũ videri: Cui ex tribus fratribus: potius paterna bona sint adiudicanda Cum philosophia sit regina cunctaꝝ disciplinaꝝ: Quã M. Tullius inuentũ deoꝝ: Plato vero donũ deorum esse tradiderunt. Quo bono: vt ipsius Platonis verbis vtar: nihil vnquam maius mortalibus datum a dijs nec vnq̃ dabitur: Hec est vitę lex: virtutũ indagatrix: vitiorũ expultrix: lumẽ legũ: magistra morum: rerũ elementariaꝝ exploratrix: Cęli et mundi contẽplatrix: qui in altitudinis studio etiã cęlo ipso sublimiora quępiam vestigat. Et vt inquit Platonicus Apuleius: In extimo mũdi tergo degit. Hęc internuncia homines deo cognati & ꝓximi: immo vt verius loquar: dij terreni efficiuntur. Quid per deos immortales excellẽtius sacratissima illa philosophia? quę supra hanc caliginẽ: in qua volutamur excędens/docet quid agat̃ in celo: Meritoq; Seneca philosophoꝝ syncerissimus sanctissimusq;: Cui vtiq; credi conuenit: Naturę rerum gratias agit: cum secretiora eius ingressus discit quę vniuersi materia sit: quid sit de⁹: totus in se intenderit: an ad nos aliquando respiciat? faciat quottidie aliquid: An semel fecerit? pars mundi sit an mundus: An mundi anima: an potius opifex et factitator? Liceat ne illi ex lege fatoꝝ aliquid derogare: An maiestatis diminutio et erroris cõfessio sit mutãda fecisse? Ad hęc nulla res magis discusserit caliginẽ illam nebulę

Laus philosophie.

Phia naturalis & Theologia.

Caligo he-

betatrix Mē tis.

crassissimā: que vt duo Poetaꝝ clarissimi prodiderunt: obtutus mortaliū hebetat- mētesq obducit oppanso ig norationis velamēto. Quid porro vtilius illa altera Phi losophię parte: quā partim Ethicen: parti moralē appel litant: quę maxime ad homines spectat: quę docet quid in terris agēdū sit: Et errores nostros discutit: quę vrbes peperit: dissipatos homines in societatē vitę cōuocauit Respu. bene moratas instituit? Vnde nō īmerito sectato res philosophię vbiq gentiū philosophos nominitāt nomine. s. sancto & religioso quasi solos sapiētię studio sos: Qui ante pithagorā Sophi id ē sapiētes: & habebā tur & nominabant. Quid q̄d et Philosophus Medicus est? Cum philosophia: vt inquit Arpinas orator: sit ani morum medicina: Quod & Galenus quoq testatur. Cū aūt morbi pernitiosiores pluresq sint animi q̄ corporis prędstātior haud dubie: qui grauiorib⁹ morbis medelas ac fomēta salutariter apponit: qui deniq tanto est q̄ cor poris medicus nobilior: vtiliorq: quanto anim⁹ corpe est preciosior. Quinetiā philosophus Orator est. Vnde enī vis et sylua dicendi nisi ex scholis philosophorum ducta est? vnde riui eloquentię nisi ex fontibus philoso phię deriuati? Huc adde q̄d dialectice disputatoria siue disputatrix philosophoꝝ est: quę rhetorice ꝓpe germa na est: In tantū: vt Zeno Dialecticē manui in manū com presse: Rhetoricen vero explicate similē esse tradiderit. Quid per deos immortales hac tripartita Philosophia prestabilius: quid vtilius esse ac dici potest? Cuius vna pars rerum naturā scrutatur: altera componit animū & mores: tertia structurā verboꝝ exigit et argumētatiōes. Ipsum porro philosophię vocabulū: quid aliud signifi cat: quā amorē: studiūq sapiētię: quo quid melius: Cu ius Germana ē Philocalia: quę amor pulchritudinis in terpretatur: tanq̄ sine philosophia pulchritudo esse nō possit. Ceterū: vt semel finiā Philosophus hoc est sapi ens: est omnia. Et vt inquit ille: vno minor est Ioue: di

Ethice: moralis.

Phūs sapiētię studios⁹.

Phūs Medicus.

Phia animorū Medicia.

Phūs Orator.

Dialectica disputatoria.

Scitum Zenonis.

Philocalia Germana phie.

ues:liber:honoratus:pulcher:rex deniq regū. In tanta apud priscos extimatiōe ac reuerētia habiti Philosophi vt Platoni sapiētie antistiti Dionysius Tyrānus vittatā nauē obuiā miserit: Ipse quadrigis albis egredientē in littore exceperit: Vt alexāder Magnus Aristotelis philosophorum doctissimi patriā restituerit in honorē precepto ris: Cui se nō minus debere q̄ Philippo parēti ꝓfitebatur vt Pythagorā Crotoniatę ac Metapōtini ꝓ deo colerēt: et ex eius domo templū facerēt: Qui in tāta fuit admiratione: vt qui p̄sentia illius frui meruissent: id ꝑscriberēt ad suos: tanq̄ magnū quiddā ac p̄clarum adepti forēt: q̄d Pythagorā vidissent. Nunc quoq vos o Iudices reueriti nomē Philosophi sacrosanctum ac venerabile Philosopho mihi bona paterna: vt par est: adiudicate: et sentētia vestra decernite: Cum volūtas patris hoc voluerit: Cū sensus cōmunis hoc diiudicet: Cū excellētia doctrinę quā ꝓfiteor: hoc peculiariter deposcat. Dixi.

In q̄ta veneratiōe phi. Dionysius Platonē honorat.

Pythagoras ꝓ deo.

Audistis Hactenus: viri Clarissimi: quę ex Philosophi persona in petitione hęreditatis paternę dicta sunt: Nūc quęso audite attentis animis & auribus: quę secūdo loco Medicus egerit: Qui causę suę patrocinatus est patrocinio huiusce vel cōsimilis orationis.

Disceptatio est: Iudices: inter nos nō quę ex nostris sit ars speciosissima Sed quę ciuitati vtilissima: Quęritur quis ex nobis plus Mortalibus prosit? Quis nescit Medicū ad omnes totius ciuitatis ordines: Ad omnē sexū: ad omnē etatē ptinere: Cum summatibus: infimatibus viris fœminis senibus pueris ęgrotare contigat. Cum omnes ex hoc vtilitatē indiscriminati petant. Meritoq dici potest medicū rem cōmunem terrarū esse. Et Mehercles si vera dispicimus / si curiose cuncta perpendimus. sola Medicina soloq Medico opus est oīibus: Medicina est quę vna contra fata depugnat: eaq idētidem ex

Vtilitas ex Medico.

Medic⁹ res cōmunis.

Laus Medicinę.

pugnat:quę languētibus vitā protogat:quę iam deplo ratos:iam defletos:iā in familia Orci numeratos:luci aurę vitali persępe restituit: Multiq medicinę opera re uixisse credūt: Et ne fabulas pręcenseā: quę ab Aescu lapio Hippolytū:& Tyndaridā ad vitā reuocatos ferūt:

Defunctus ab Asclepiade reuocatus.

Nonne Asclepiades inter medicos famigerabilis argu mentū huiusce rei vel potissimū est:qui homini iam cō clamato depositoq dum effertur fatū attulit: Cuius ani mam in corporis latibulis delitescentē euocauit:eumq ab inferis postliminio ꝓpe funeratum domum retulit. Huc adde ꝙ huic arti tantū honoris tribuere Maiores: vt dijs inuētores suos assignauerint. cęloq dicauerint:

Archiatrus Aesculapi⁹

Apollinē Aesculapiūq prodēdo:quē ob id Archiatrū quasi principē medicoꝝ dixit antiquitas: Et profecto Medicina res est sacra: Et vt Salomonis sapiētia testat: omnis medela a deo est. Ideoq salubertie sapiētissimus ille pręcœpit Medicū honorādum esse propter necessita tem:Cum illum altissimus creauerit. Quod aūt Philoso phus frater gloriatus est Philosophos prisco sęculo ho noratissimos extitisse apud reges:ne in hac quoq parte illi vtiq cęsserim: cū Medicos acceperimus prope cul tos ad deorū vicem: Nanq Hyppocrates ille maximus medicoꝝ:ob depulsam arte medica pestilētiā ex Illyrico in Gręciā veniētē: honores illos meruit a Gręcis:quos Herculi decreuerūt:qua in re subit mētē illud Galeni ex libro Theriaces quēadmodum.s.iussit diuinus Hippo

Odoramenta aduersus pestilenciā.

crates ignes fieri medicatos odoramētis et suaue olenti bus vnguētis ꝑfusos:ut ita aer tabificus emacularet: fie retq in attrahēdo innocentior:synceriorq: Quod in pe stilētia factitādum Auicēna quoq ꝑcepit. Quid Ascle piades idem inter medicos priscos (Hippocratē semꝑ excipio) facile priceps. nōne vniuersum prope huma num genus circūegit in sese? non alio modo q̄ si e cęlo emissus aduenisset: quinq res maxime cōmuniū au xilioꝝ professus. Abstinētiā cibi:vini:frictioꝫ corpis:

ambulatiōem:gestatiōʒq;:qui expertus a Maximo re-
gū Mithridate legatos illius ad se missos:pollicitatiōsq;
ingentes spreuit:posthabuitq; quieti lrārū. Critobolus
quoque et Erasistratus habiti sunt in maxima apud Re
ges maximos existimatiōe:cū alter Philippū Alexādri
patrē: Alter Antiochū Syrię regem solerti curatiōe sa-
nassent. Quid multa:cum sanitate nihil vtilius mortali
bus:quod Galenus quoq; asserit in libro Hęreseon: id
est Sectarū:Medicina aūt cum sanitatem pręstet liquido
colligimus Medicū & Philosopho & Oratore lōge vti
liorē esse ciuitati:q̄d si Phīa animi Medicina dicitur. Me
dicina quoq; corpoꝝ Phīa rite ꝓhibet: cuius adiumēta
infirmitas hominū aduocat:& cōtinuo vbi ęgritudo in
uasit solatia Medici requirit: Phīs:Oratoribusq; postha
bitis:in quibus nullę suppetię salutares:nulla sunt ad-
minicula lāguentiū:Quibus p̄sto est Medicus: & reme
diis p̄sentissimis opitulatur. Proinde Iuriscōsulti Medi
cos ꝓfessoris studioꝝ liberaliū merito anteponunt. Cū
hi salutē hominū agāt:illi studioꝝ curā. quid nunc ego
enumerē Medicinę partes:quas omnis sacras ac saluta
res puto: Dieteticā q̄ victu: Pharmaceuticā : quę Medi
camētis: Chirurgicam: quę manu curat. Ex quo fit vt
qui medicinę vtilitatē nō videt:is nō: ut lusciosus sed vt
exoculatus nihil prorsus videat. Quo circa Iudices /si
vtilitati publicę cōsulitis: si medicū in ciuitate vtilissi-
mū esse cognoscitis/ mihi qui salubertimā artiū vtilissi
māq; ꝓfiteor hęreditatē paternā assignatote. Dixi.

Sanitate nil vtilius.

Medicina corporum Phia.

Dietetica. Pharmaceutica. Chirurgica

Audistis:viri Spectatissimi:quę Phūs:quę post Philo-
sophū Medicus dixerint in causa adipiscēdę paternę hę
reditatis:Nūc sedulo auscultate: atʒ animū aduertite:&
ea qua soletis comitate perpēdite:quid nouissimo loco
dixerit Orator: Erunt opinor hęc:nec iniucūda relatu:
nec ingrata auditu: nec indigna cognitu. Sic aūt Orato
rem causam suam egisse creditote.

Nunq̃ magis Iudices sensi quanta sit oratorie facultatis vis atq̨ excellentia: quam hodierno die dum fratres audio non ex instrumento Philosophię: aut Medicinę: sed ex oratoria supellectile instructos causam actitasse. Adeo sua Philosopho Philosophia Medico Medicina nihil opis in agēda causa pręstitere: Quin muti pene cōticuissent nisi ad eloquētiæ nostræ adminicula cōfugissent: sine cuius nitore Philosophia sordescit: Medicina obsolescit. Disciplinę omes incultę rubigināt. Adeo necessaria est: atq̨ cōducibilis omnib⁹ omniū ingenuarum doctrinarum ꝓfessoribus eloquentia: Cuius vtilitati maiestatiq̨ nihil (absit verbo inuidia) est compandū.

Aduersus Phm̄.

Et quia mihi primū cum Fratre Philosopho agendum est: An ego Philosophiā cum Oratoria? Philosophū cū Oratore cōtendā? Parcius tecum agere cogor & minus quia frater es: sed tamen quod inter nos dictum sit ista tua pręclara Philosophia: quam gloriose iactitas: mi frater: & tanq̃ filiolam exoscularis: nequaq̃ tanti est: quāti eam videri vis: nec tam in Philosophia studium sapientię est: quam opinatio. Nam cum scientia certi sit: opinatio incerti: scholę philosophorum omniū ac sectę dum philosophātur haud dubie opinantur: Id enim opinat̄ quisq̨ quod nescit. Illi autē qui de rebus naturalibus & celestibus disputant opinione educuntur: Cum veritas demersa ĩ secretarĳs naturę delitescat: Hic Philosophos

Opiniosi Phĩ.

a scriptoribus luculentis opinatores: opiniosos: opiniosissimos dici nouimus. Vnde autem quęso nisi ex opinatione tot dissidia: tot compugnationēs philosophorū emanarunt tot sectę discordātes. Dicam enim non obstrigilādi causa: sed quia ita res se habet: Pugnāt Philosophi inter se atq̨ dissentiūt dissidio nō paruo magnis in rebus & serĳs: Quidā principiū rerum esse autumāt

Thales.

aquam: vt Thales Milesius. alĳ ignē: ut Heraclitus cognomento Scotin⁹. i. tenebricosus: Quidā aera: vt Anaximenes: Pythagoras vero: Empedocles: Epicarm⁹. Alĳ

ꝙ phisici complusculi quatuor elemēta principiū rez esse posuerūt. Plato deū factitorē mūdi esse tradit: Aristo teles mundū innatum esse autumat. Epicurus: Democritus. Leucipus ex atomis hoc est corpusculis insecabilibus mundū formatū esse cōtendūt. Preterea de deo. de anima: de finibus bonorum: de meteoris: inter phōs non cōstat: Quidā deos innumeros: quidam nullū esse crediderunt. Platonici vnum quidem curantem rez: At Epicurei ociosum & inexercitum: Stoici deum extrinsecus figuli modo torquentē hanc mūdi molem esse ꝓdiderunt: Platonici intra mundū: ut gubernatoris exēplo: intra illud maneat quod regat. Sunt qui in fortunę iam lapsibus oīa ponāt: & nullo credant mundū rectore moueri: natura voluente vices: & lucis & āni: quidam curam deorū intra sydera continent: Nonnulli diuinam prudentiā ad lunam vsꝙ deducūt: tanꝙ irridendū sit agere curam rerum humanarū. Illud quicqd est summum atqꝫ indecoꝝ sit dei maiestatē pollui tam multiplici sordidoqꝫ ministerio: Quanta dij boni de aīa inter philosophos pugna? Plato ait animam esse substantiā αυτοκινητον, id est se mouentē: Xenocrates numerum: Aristoteles entelechiā: Pythagoras et Philolaus & Aristoxenus harmoniam: Possidonius ideam: Hippocrates spiritum tenuē per corpus omne dispersum. Origenes Adamantius substantiā sensibilē & mobilē: Hipparchus & Zeno ignem: Anaximenes aera: Empedocles suffusum cordi sanguinē: Democritus ex atomis cōflatam: Dicearchus vero nullū esse animū: nullam animā: frustraqꝫ & aīalia & aīantes appellari: alij ęternā: alij mortalē aīam dissolubilēqꝫ esse cōtendūt. Ecclīasticoꝝ quoqꝫ sup eadē re ē dissidiū: alij ab origie mūdi factas in celo aīas: alij ex Traduce ꝓpagari: alij deū q̄ttidie aīas opari tradūt: q̄d et cristianū dogma cōfirmat. Hęc et id genꝰ alia tā varia tā dissidentia cū lego q̄ me vertā? quē seq̄r? cui credā? succurrit illud horatianū. bellua mltoꝝ capitū es:

Mūdus ex Atomis.

De deo.

De Anima opiniones.

Origenes.

Natura aię ignoratur.

De finibus bonorum.

αςαλγκσια

Meteorolo/gi.

Causę mot⁹ terrę multiplices.

Nam quid sequat aut quē. Merito dixit Lactantius/ de anima inter Phōs nondū cōuenit: nec vnq̄ fortasse conueniet: & a Lucretio decēter & vere dictū est. Ignoratur enī q̄ sit natura animai: Eadē ferę cōtētio est circa fines bonoꝝ: Cū aliꝫ in voluptate ut Aristipus: aliꝫ in v̄tute vt zeno: aliꝫ ī primis naturę: q̄ Gręci τα πρωτα φυσεωσ: Augustinus & Varro primigenia vocāt: ut Carneades. aliꝫ in indolentia: ut Hieronymus Rhodius summū bonū collocauerit: Peripathetici ex triplici genere bonoꝝ animi. s. & corpis atq̧ externis fœlicitatē metiuntur. nec multo secus Academici: voluptatem cum honestate Dinomachus & Calipho copularūt: indolentiā quę Gręce αςαλγκσια dicitur: honestati Diodorus Stoicus adiūxit. Quid dicā de rebus naturalibus quāta sit inter Meteorologos disparilitas atq̧ dissensio. de Cometis: de Fulminibus: de Arcu celesti: de Niloticis incrementis nō constat. Quid multa? de Motu terre: Et ut inquit Poeta. Vnde tremor terris/ & qua vi maria alta tumescant: obiꝫcibus ruptis. Sunt Philosophi inter se discrepātissimi. Et in hac re vel sola oppido q̄ mira incōstantia est: Nanq̧ Anaxagoras ignem causam motus existimat: Anaximenes terrā ipsam sibiipi esse causam motus nec extrīsecus incurrere q̄d illam impellat: sed intus ipsam illidi in semetip̄am. Quidā motum aquę im putauere ut Thales Milesius: Democritus vero motū fieri autumat aliquādo spiritu/ aliqādo aqua/ aliquādo vtroq̧: Aristoteles. Albertus Magn⁹: & omnis peripatheticoꝝ schola spiritum ac ventos/ causam esse motus terre alacriter affirmant: Cui sentētię Plinius noster & Seneca subscribunt: Ex hoc tam multiplici dissidio: ex tanta Phōrum discordia haud dubie fit ut incertus sim/ quibus credā: quibus accedā. Cuius sectę me candidatū esse profitear. Quicq̄d elegero plurimos video im ꝓbaturos: quicq̄d probauero plures negaturos. vt inter tot ambigua illud tantū Socraticū mihi certum: verūq̧ esse videatur: Hoc

scio nescio: inde fit vt Academicorũ ακαταληψιαν: id est incõprehẽsibilitatẽ minime improbem: qui nulli rei assentiendum esse contendũt: q ob id σκεπτικοι και απορριτικοι id est cõsideratores & ambigẽtes dicuntur. Meritoq Proteus personã veritatis sustinere creditus: quã obtinere nemo potest falsis imaginibus illudentem & cõprehensiõis nodos relaxantẽ. Ad hęc adde Philosophos irreligiosos putãt: eosq ferme arbitrati deos non esse: Dum meras rerũ causas & simplices rimantũ. Ex hac opinor incõcinnitate dissidijsq sectarũ factum fuit olim vetus senatusconsultum: Quo philosophi ex vrbe Roma pulsi sunt pinde ac iutiles atq infructuosi. Mox iter Domitiano impante exacti ex vrbe & Italia interdicti. Vt semel finiã ppositũ fratris demiror inhiantis paterna bona: Cũ Phũs: si Platoni credimus: Cui vtiq in re philosophica credi cõuenit: minime sit Philochrematos id est pecunię cupidus Immo cõtemptor diuitiarũ: Quocirca desiste frater moneo a petitiõe hereditaria ne ab instituto sectę tuę deflexisse videaris: & vitę cõtrarius in re priori. Nihil enim habet Philosophia pręstãtius q modicis contẽta ampliores opes nõ desyderat: Vnde fit ut Cõditores legũ philosophos pfessorum numero nõ habeant. Quia hoc primũ eos pfiteri oporteat mercenariã opam spernere. Hęc satis ad Philosophũ: qui minus vrgeri iam videtur & cõmoueri vera castigatiõe cõmonitus. Transeamus deinceps ad Medicum: quẽ intelligo fiducia medicinę ad hanc causam oppido q fidenter descẽdisse: Cuius ars haud quaq philosophię absimilis est: videlicet varia: incõstãs: interpollis. Et non parũ sępe pnitiosa: quã vt in vestibulo disertatiõis statim repercutiam eleuemq: Nonne inter medicos ppe maior quam inter philosophos pugna est atq contẽtio? Qui in diuersas curãdi vias pcesserũt: Hippocrati causa morbi originalis videtur esse in spiritu siue flatu: quẽ morbor omniũ patrem & auum appellat:

ακαταλη/ψια.
απορριτικοι.
Proteus Typ9 veritatis
Phĩ irreligiosi.
Phĩ ex Vrbe reiecti.
Phũs non Philochrematos.
Phĩa cõtenta modico.
Contra medicos.
Origo morborum.

Heraphil⁹ Erasistratus
Asclepiades.
Stomach⁹ paterfamilias.
Calore cibos cõcoq.

Heraphilo in humidis omne vitium visum est: Erasistrato si sanguis in arterias hoc est vænas: quæ spiritui accomodatę sunt: quas recẽtiores medici pulsatiles nominant/ tranfundit: Asclepiadi vero placuit originem ęgritudinũ esse: si manãtia corpuscula per inuisibilia foramina subsistẽdo iter claudãt: & meatus obturent. Ad hęc cum ciborũ cõcoctiõe maxime sanitas cõstet: Meritoq; stomachus paterfamilias & Rex toci⁹ corporis in homine dicat: In hac quoq; parte discrepãtissimi sunt. Erasistratus enĩ cibos atteri in ventre cõtendit: Plistonicus putrescere: Hippocrati placet per calorẽ cibos cõcoqui: Quod Galenus: Auicenna: & medicorum neotericorũ scholę cõfirmant: Asclepiades vero nihil cõcoqui autumat: sed crudã materiam sicut assumpta est in corpus omne diduci: Huc adde q̄ alij medicinã dicũt esse rationalẽ: alij in vsu tantũ & experimẽtis eam posuerũt Perinde ac vsus in curatiõibus sicut in cęteris omnibus artibus sit magister efficacissimus: Vnde Logici quidã quasi rationales dicti: quidã ab experimẽtis Emperici ut Serapion & Apollonius & Heraclides. Sunt & methodici a via quadã quã sequuntur nominati. Ob hoc dixit Ausonius in Gryppo ternario. Triplicẽ esse Medicinã illo versu: Triplex quoq; forma medẽdi: quę logos & methodos cuiq; experiẽtia nomen: Sunt & dogmatici: quibus sunt sua decreta seu placita: sine quibus nulla secta cõsistere potest: Hos maxime ꝓbat Galenus A quo Emperici improbãtur: qui ait Heraphilum & Philippũ imprimis Emperices id est experiẽtię sectatores extitisse: Cũ Hippocrates & Diocles Caristius & Erasistratus Logicen hęresin rationalem sectam sectati sunt: Methodices vero pricipes fuerũt: Archigenes & Themison: de quib⁹ opinor sensit Satyrographus scribens: aduocat Archigenem onerosaq; pallia iactat: Item q̊t Themison ęgros autũno occiderit vno: fuit & Prodicus Selymbrię natus: qui instituit Iatralepticẽ. i. vn-

Logici: Emperici. Methodici.
Triplex medicina.
Hippocrates.
Archigenes.

ctoriã medicinã: Hinc innumerę sectæ fluxerũt: dogmata infinita: sẽtẽtiæ multiplices: Hic illę circa ęgros miserę cõcertatiões: nullo idẽ cẽsente: ne videaẽ assertio alterius. Hic illa infœlicis monumẽti inscriptio: turba Medicorũ se periȷsse. Et Adrian⁹ Impator: ut auctor ẽ Dion moriẽs dixit: Medicoꝝ turba pricipẽ perdit: cui concinit versiculus ille apud græcos vice prouerbiȷ celebrat⁹ πολλωνιατρων εισοδοσ μαπολεσεν id ẽ Multoꝝ medicorũ introitus me ꝑdidit. Nequeo mihi temperare quo minus Pliniana illa ꝑcenseã ad hoc totum negotiũ mire faciẽtia: quibus luculẽtus ille scriptor in medicos perorãs asserit nullã artẽ medicina incõstantiorem fuisse: nec dubiũ esse medicos omnis sciẽtiæ famã nouitate aliqua aucupãtes aĩas nostras statim negociari discũt periculis nostris: & experimẽta ꝑ mortes agunt. Medicoq; tantũ hominẽ occidisse impunitas est: quin immo trãsit in cõuitiũ: & intemperãtia culpaẽ: Quod si lex vlla extaret: quæ puniret inscitiã capitalem: oppido q̃ paucos videres medicinę ꝓfessores. prouerbiale illud sat notũ: Tituli medicoꝝ remedia habẽt pyxides venena. Hinc ille Lacon medico dicenti nihil habes mali: ουγαρ σοιαφηιατρω χρωμαι Non enĩ inquit te medico vtor: Et iteꝝ cũ medic⁹ dixisset γερων γεγονασ id ẽ senex fact⁹ es: Διοτι ειπενουκεχρησαμην σοι ιατρω Quoniã inquit non vsus sum medico Atqui dicet quispiã videmus q̃tidie multos morbis grauissimis acutissimisq; implicitos auxilio medicoꝝ cõualuisse: Quib⁹ rñderi breuiẽ possit illud Ausoniȷ: Euasit fati ope non medici Cõtra plures videas occũbere q̃ sanescere: Quib⁹ medici q habẽt clarissimi medicoꝝ nihil ꝓfuere. Prętetea milia gentiũ olim fuerunt: & in p̃sentia sunt sine medicis degentiũ. Nos vero aliena opa viuimus: alienis pedibus ambulamus: alienis promissis credimus. Quod nisi iam ad finem mea festinaret oratio ostendere possem q̃ multa sunt nomina rerum medicataꝝ: Apud

Turba Medicorũ Periȷ.

Pliniana ꝑ oratio ĩ medicos.

Tituli remedia. Pyxides venena.

Dictũ Laconis.

Error recentiorū in reb⁹ Medicis

Galenū: Auicennā: Aliosq̧ medicoꝝ celeberrimos male intellecta: peius tradita/pessime vsurpata/ In quibus cum dispēdio vitę mortaliū recētiores hallucināntur: Et aliud ꝓ alio propinātes: sępe dant mortiferā potionē ꝓ salutifera: Quas ob res liquido colligimus: O frater medice disciplinā tuam: quā tu iactāticulus tantope extollis non tam vtilē esse ciuitati q̄ detrimētosam: Salubriterq̧

Cato in medicos.

Porcius Cato creditur medicis interdixisse: Cuius Oraculo cludā hanc de medicis disputatiōem: Sunt aūt Catonis verba hæc: Quandocūq̧ gens ista suas litteras dabit omnia corrūpet. Tunc etiā magis si medicos suos huc mittet.

Hæc aūt omnia in philosophos & medicos inflāmanter satis porata: Nemo vestrū viri clarissimi quæso perinde dicta accipiat atq̧ si ex persona mea dicerētur: Absit enim a me talis insectatio: sed ,tanq̄ ex ꝑsona Oratoris agētis causam aduersus fratres: alterū Phm̄: alterum Medicū: qui cū diluerit eleuaueritq̧ fraternas ꝓfessiones oratoriam disciplinā et Oratoris nomē valentissime tutat⁹ est: vt. s. dixerit non solum illa omniū iudicū exorabula: quæ a nobis dici & solent: & possunt: Sed multis quoq̧ adminiculis fulserit/roborauerit/erexerit causam eloquētię: quę ad pręsens omitto: Illa tantū retulisse contentus. quod expaciatus Orator per latissimos Rhetorices campos talia subiunxit.

Quod Eloquētia inquit: o Iudices: vna de summis v̄tutibus sit ciuitatiq̧ vtilissima/adeo clarū/adeo in cōfesso est: ut ꝓbatione non egeat. Nam cum Orator finiatur/

Orator vir bonus.

vir bonus dicēdi peritus: Rhetorice vero benedicēdi scientia/vtilē esse eam cōfitendū est. Quę bonitate cōstat: elegantia pollet: nitore splendescit: Cuius ope & opera pręclara omnia fiūt & magna: equidē Cōditores vrbiū non tam philosophica doctrina: quā elegātia oratoria

& illitio facundię pellexerũt dispalatos homines ad ciuilitatem Politicãq; viuẽdi rationẽ: Cõsimiliter constitutores legum quib⁹ nihil pene emũtius: limatius: & sententiosum magis, adminiculati fulturis eloquẽtię leges saluberrimas eloquẽtissimasq; cõdidere: quas mox interpretes iterp̃tamẽtis barbaris fœdauerũt: formatores quoq; rerum publicaꝝ: Imperatores bellicoꝝ exercituũ regere cõsilijs, & moderari res magnas sine docta voce & oratoris vi haud quaq̃ potuissent. Deniq; scriptores ferę omnes in omni doctrinaꝝ genere vel eminẽtissimi sint: pigmentis oratorijs sine dolatorio Rhetorico stati lecturi nauseam faciũt & bilem mouent. Adeo scriptio omnis citra elegãtiã est ꝓxima fastidio: tantãq; vim habet illa a Poeta prisci seculi dicta flexamina atq; omniũ regina rerũ oratio. Merito apud Romanos: qua republica nulla vnq̃ maior: nulla sanctior, nulla bonis exẽplis ditior extitit: summa semꝑ Oratorib⁹ dignitas fuit: Et ut auctor est Cornelius tacitus: nullus magnã potentiã sine eloquẽtia est consequutus: Quod vt de alijs taceam Nõne M. Tullius ille orãdi regula & dicendi lex: Cui⁹ ingeniũ Romano imperio par fuit: qui latinę facundię pomeriũ promouit: ad consulatum usq; amplissimãq; dignitatẽ ex humilitate nataliũ & loci euectus est: Quo quid vtilius in Romana repub: excogitari potest? Quo suadẽte legem Agrariã hoc est alimẽta abdicarũt Romanę tribus: Cuius linguæ fulmen Catilinę infregit audaciam: & ipsum ꝓscripsit Antoniũ: Cuius nomine supplicatiões a senatu decretę sunt: Qui maximus honor victoribus bello ducibus datur: Qui togato ante Ciceronem habitus est nemini: Demosthenẽ quoq; admirabatur Gręcia: obseruabat Rex Persarũ: & plurimus de eo apud Philippũ sermo habebatur: cuius gloria tam celebris ꝑora omniũ volitãs extitit: vt anicula aquã ferens ita insusurrauerit alteri αυτοσ εστι Δημοσθενησ: hic est ille Demosthenes: & olim Gorgię Rhetori Leontino a

Illitium facumdię.

Cõditores legũ oratores.

Scriptio sine eloquentia isuauis.

Sũma Oratoribus dignitas.

Ingenium Tullij par R. Imperio

Supplicationes in Toga Cicerõi

Hic est Demosthenes

Grętia Delphis soli statua non inaurata: sed aurea dedicata: Tantus honos habebatur Oratorię artis professoribus: In homine pcipue duo sunt/ratio & oratio: Vnde ab Apuleio homines finiũtur ratione plaudētes/oratione pollētes: Sed ratio sine oratiōe prope mutila est & manca: Quare si nihil ab illo parēte rerum fabricatoreqꝫ mũdi deo melius oratione accepimus: si vtilissimum esse nemo nouit eloquētia pollere: senatũ: populũ: exercitum/mortales omnes in quę velit Orator ducere: si viribus orādi tantum assequi potest vt fulgere: fulminare tonare: q̊d Pericli cōtigit: videat Orator. Pronũciate Iudices pro Oratore: & secũdũ me litem date: & vt qui orator ad vos venerim: abeā a vobis exorator efficite: vt si Rhetorice ē psuadēdi opifex ac suadae medulla: videar apud vos persuasibiliter dixisse: siue enī persuadere siue bene dicere finis est: & summũ in Oratore: vtrũqꝫ id munus impleuisse videbor: si voti compos ex sententia vestra ac pnũctiatione discessero: Dixi.

Ratio sine oratiōe Māca.

Fulminare. Pericles.

Credibile est/post peratam a tribus fratribus coram Iudices ipsos cōcordi consensu omnibus sententijs pronunctiasse pro Oratore: illiqꝫ adiudicasse paternam hęreditatem.

τελοσ